

5919

O.

HENRICIA FESTEN-

BERG Cognomento

PAKISII,

ET

SUSANNÆ ROMNITIÆ

SPONSORUM NOBILISSI-

MORUM

SACRO NUPTIALI

DICATA

EPITHALAMIA.

Ad xxx. Octob. A. C.

MDCI.



Typis Ligiis

NICOLAI SARTORII.



Lit. Lat.
rec. A.
93,37

Aus der
Schloßbibliothek zu Oels
1885

M. LAUBANI
AD HENRICHUM PAKISIANUM

A FESTENBERG in Leufersdorff
& Kaiserswaldaw

SPONSUM, nobilitate, literis &
virtute florentissimum

MELOS TROCHAICUM.



ERGO nunc Parentium
— Vicere vota; ne, quod appetebas,
Aufonum atque Galliae
Ad cruditas ire Nationes
Mavelis, o ardua
HENRICHE, gentis spes PAKISIANÆ,
Ipfiusq; Apollinis,
Suadæque mellilinguis & sororis
Infolens honor Dices.
Nam cerva cursu fessa ceu, furentis
Igne sub Caniculæ,
Alfæ scatebræ, quâ sitim repellat
Rivulos hiantibus
Cupiscit oris avidi labellis :
Tute sic face intimas
Ambustus ardes Cypriâ latebras
Pectoris: Viraginem
Dum mente totâ ferris in SUSAMNAM.

A 2


Illa

Illa pristinum tui
 Haud difficulter impetum refutans
 Abstulit Cupidinis :
 Ut nunc in unâ virginis staturâ,
 Mentem & impigerrimos
 Quod pascat oculos, plus tibi offeratur :
 Quám paterna limina
 Dulcesque linquens de novo sodales
 Si per Alpium invias
 Reptare cautes, Tibridisque pulcro in
 Littore Urbium caput
 Videre Romam, Et Galliæ inquietum
 Contigisset advenæ
 Pedem per amplas ferre civitates.
 Urbs ab Adriatico
 Arces profundo verticemque tollens
 Credita hæctenus fuit
 Compendium orbis Itali universis;
 Sed tibi hujus esse opus
 Compendii quid arbitrer? SUSANNÆ
 Forma quippe pulcrior
 Oenotriæ synopsis, ectyponque
 Galliæ, immo totius
 Quascumque Asiæ & Europæ amænitates
 Integrè exhibet tibi.
 Jamq̃ hora jam propinquat auspiciis
 Destinata nuptiis,
 Et debitæ statuta pactiōni.
 Ecce Vesperuginem
 Nox prodit optatam: in vicem potestas
Plena

Plena utrique suppetit
Dissuaviandi; jam novos inire,
Ut libet, licet quoque
Lusus, Cupidinum annuente Matre,
Primulosque connubi
Carpente fructus. o sit auspiciatum,
Sit bonum atque prosperum,
Precamur omnes, quod jugum capeffis,
SPONSE cum SUSANNULA.
Deusque tædæ conjugalis auctor
Corda vinclo aheneo
Ligata fervet; sospitetque castos
Prole pulcrâ & omnium
Rerum adfluente copiâ penates.
Donec olim honoribus
Functos decoris ad beati utrumque
Ætheris palatia
Traducat. eccui lætius quid optem ?



Quæritur


 Ueritur à multis, qualis sit Sponsa petenda ;
 Exhilaret Sponsum quæ bonitate suum.
 Forma quidem fatuo mirè placet inclyta vulgo:
 Sed breue forma bonum est : est quoq; forma malum.
 Desinit & facile morbo so pellitur extra
 Corpus contagio, & sic quoq; cessat amor.
 Sic benè nummatam nunc plurima quarit & optat
 Pars, quæ congestis gaudet avara bonis.
 Sed nummata licet sit Sponsa, decensq; virago :
 Cætera si desinît, non erit apta satis.
 Quid verò ? Iuuenis, quæ multis ipsa probatur,
 Si sit : nam facile non petit ardor anum.
 Est aliquid : quis enim vetulam benè ferret amantem ?
 Si morbosa fiet, siq; morosa fiet ;
 Sed tamen hîc etiam si sit maturior ætas,
 Ingeniûq; capax, iudicii que tenax ;
 Omnibus haud poterit rationibus illa negari
 Aptasatis & forsân sic erit apta magis.
 Sic etiam verbis quæ scit mulcere disertis,
 Grata ferè conjux assolet esse viro.
 Sit benè, si non sit rixarum sedula netrix ;
 Garrula nec nimium ; lingua modesta placet.
 Ergo sit ex istis facilis decisio, qualis
 Sit iuueni conjux, sitq; petenda viro-
 Sit pia, sit prudens, sit moribus aucta probatis,
 Corde gerat C H R I S T V M, atq; hunc simul ore fe-
 His decor, & nummi, nec non iuuenilior ætas (rat.
 Si quoq; succedant, grata sit illa magis.
 Singula sunt etenim præstantia numera I H O V A E :
 Quæ conferre solet, quæq; negare solet.

Absit

*Absit at hinc longè Veneris furiosa cupido ;
Sit procul impietas ; nam pia sola placet.
H A E C etiam benè TV (quia nosti singula) versans :
H E N R I C E ó animi seria cura mei,
Nobilis Aonidum cultor Themidisque sacrata,
Artibus eximiis corda polita gerens :
Hæc inquam benè TV versans quoq; singula, divo
Numine suffultus quæris & hanc sociam :
Quæ forma præstat : nummorum non tamen expers ;
Laude pudicitie quæ simul aucta viget ;
Quam genus & pietas decorant, juvenilis & atas ;
Hæc teneras inter grata puella tibi est.
Gratulor ergò tibi de tanto lætus honore,
Et precor ut fausto tramite semper eat.
TV quoq; Sponse decus Musarum munere tanto
Gaude ; quin grata suscipe mente, fove.
Nec dubita, quin sit summi de sidere cæli
A Domino missum, qui dedit ipse, D E O.
Ille D E V S, casti qui fautor & autor amoris
Instituit liciti fœdera sancta tori,
Is fœcunda tui faciat consortia lecti,
Et tribuat vestro non nisi læta toro.
Si tamen hic etiam crux sese imminiscat atrox ;
Ceu solet esse animis sæpe molest a piis :
Tum cave ne dubii frangaris turbine fati ;
Sed spes in summo sit tua fixa D E O.
Qui dedit hanc, tribuet tibi prospera fata rogatus ;
Et post fata poliregna beata dabit.*

*á M. BURGHARTO GENSSCHÆDELIO ;
Honoris, Amoris, & observantiæ ergò.*

facis

A Edepol ingenuè, ò HEINRICE, deinceps
Calibis abjiciens frigora pigra tori.
Cypria dum melior jucunda compede vinculum,
Conjugii jussit dulcia vincla pati,
Maclé novis, HEINRICE, toris! tibi lampade flam-
Solem nem quatiunt Mnemosynæ alma cohors. (mam
Enthea Latoides redimitus tempora lauru,
Increpat in laudes filia canora tuas,
Suaviter ad niveos optata conjugis artus
Spargit Amor thymbrâ, Gratiaterna rosis.
O ter felices ambo, quæis sidere fausto,
Fervida nunc penito pectora amorè calent!
O mage felices, qui, dum socialia præsto
Omina, Junonis vincla verenda manent!
Hei mihi quod tenues è nostro pectore rivi
Manant, nec major Phæbus in ore mihi est.
Tollerem ego memori vos carmine ad astra, Lupini
Redderet & laudes montis imago tuas,
PACKISI, qui cum teneros exegimus annos,
Antro dum fovit Chrysores alma sacro.
Te canerem, ut dulci primum de matre cadentem
Sustulerit gremio Calliopeia suo.
Ut mores Charites, ut dulces Suada loquellas
Finxerit, ut mentem virgo Patrima catam.
Ut Themis implerit Zephris tua vela secundis,
Dum veheris vasto juris in oceano.
Sed mihi difficiles Musæ, atq; aversus Apollo:
Destituunt humili pectine fusa mele.
Tu tamen infirmas Vatis ne despice vires,
Nec spernas venâ pauperiore cani.

Sic

*Sic vestra fausto coëant tædæ omine, durent
Sic vestra in longas gaudia olympiadas.
Sic tua te crebro faciat latiscere partu,
Antiquum renovans prole Puella genus.
Sic Cumæa precor vincatis secula, digni
Vivere perpetuos inter uterq; jocos.*

DANIEL VECHNERUS
P. Laur. Melisseus.



A 4

De

De Hymenæo

Virojuveni Nobilissimo, Virtute
& literis cultissimo, Dn.

HENRICO PAKISIO,
á Festenberg, in Leuffersdorff & Keifers-
waldaw, Meccænati suo honorando,

fat. atq; vot. ominans gra-
tulatur Musa

GEORGII FROBENII

Schönenfis Sil.

H St pietatis opus, tandē superare dolorem,
Sæpé per aspectum quem capit omnis
amans.

Et licitá methodo fociam sibi jungere, tempus
Cum quá quis possit degere quodq; suum.
Nam Deus id jussit fieri, qui nobile primó
Conjugium instituit, junxit & ipse duos.
Quiq; Homines Veneris spurcissima castra secu-
Idaliæ, Visus plectere sæpé fuit. [tos
Ac ea dum reputas & volvis pectore, verá
O Henrice nitens Nobilitate decus.
Ipse etiam ingenuas animi torpescere flammæ
Haud vis, adversus sacra statuta DEI.
Sed tibi confortem vitæ, fociamq; laborum
Deligis, eximiis quæ fatis aucta bonis;
Quæ fatis aucta bonis, ut in audio, quæ decora,
Ut quis juret ei non fore forté parem.

Et

Et putet hac visá Daphnen misisset Apollo,
Spre visset Lædam Juppiter ipse suam.

Gratulor ergó tibi felicem Hymenæon, & opto,
Conjugio veré fata benigna tuo.

Adsit ut ambobus faustis fortuna quadrigis,
Mentis & ad votum quod feret omne ferat.

Hæc ego; firmárit quæ si res ipsa, precatus
Vile quid haud fuero; plura dabitq; D E V S.



Lit. Lat. rec. A
393,37